



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trient>

Coloniae, 1615

Sessio VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

a infra
Sess. ult.
de refor.
cap. 6.

Sess. 14.
c. 2.
Vide 1.
Nic. c. 17.
& 2. Arc-
lat. c. 13.
& Anti-
och. c. 13.
Sard. c.
18. & 19.
& 3. Car.
c. 20. &
21. Conc.
Aurel. 3.
c. 15. c.
placuit.
cum seq.
2. q. 1. &
infr. Sess.
14. de re-
for. c. 3.
& 8.

a *canonicas sanctiones, toties, quoties opus fu-
erit, visitari, corrigi, & emendari, etiam au-
thoritate Apostolica, possint, & valeant.*

CAPVT V.

Nulli Episcopo liceat cuiusvis priuilegij
pretextu Pontificalia in alterius diocesi
exercere, nisi de Ordinarij loci expressa licen-
tia, & in personas eidem Ordinario subiectas
tantum; si secus factum fuerit, Episcopus ab
exercitio Pontificalium, & sic ordinati ab ex-
ecutione ordinum sint ipso iure suspensi.

Indictio futuræ Sessiois.

Placet ne vobis proximam futuram Ses-
sionem celebrari die Iouis feria quinta post
primam Dominicam subsequentiis Quadrage-
sime, quæ erit dies tertia mensis Martij? Re-
sponderunt: Placet.

SESSIO SEPTIMA,
CELEBRATA DIE III.
MENSIS MARTII.
M. D. XLVII.

Decretum de Sacramentis.

PROOEMIUM.

AD consummationē salutaris de iusti-
ficatione doctrine, quæ in precedenti
proxima Sessioe vno omnium Patrū

con-

consensu promulgata fuit; cōsentaneum v̄sum est de sanctissimis Ecclesie Sacramentis agere, per quæ omnis vera iustitia vel incipit, vel cœpta augetur, vel amissa reparatur: propterea sacrosancta œcumenica, & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè cōgregata, presidentib. in ea eisdē Apostol. Sedis legatis, ad errores eliminandos, & extirpandas hereses, quæ circa sanctissima ipsa Sacramenta hæc nostra tempestate cū de dānatis olim à Patribus nostris hæresib. suscitata, tum etiā de nouo adiuuente sunt, quæ Catholicæ Ecclesie puritati, & animarū saluti magnoperè officiūt, sanctarum Scripturarum doctrine, Apostolicis traditionibus, atque aliorum Conciliorum, & Patrum consensui inherēdo, hos præsentēs canones statuendos, & decernēdos censuit; reliquos, qui supersunt, ad cœpti operis perfectionē, deinceps, diuino Spiritu adiuuante, editura.

DE SACRAMENTIS

in genere.

C A N O N. I.

Si quis dixerit, a Sacramenta nouæ legis nō fuisse omnia à Iesu Christo, Domino nostro instituta; aut esse plura, vel pauciora quā septē, videlicet, Baptismum, Cōfirmationem, b. Eucharistiam, Pœnitētiā, extremā Vñctionem, Ordinem, & Matrimonium: aut etiā aliquod

horum

a Cone.
Flor. in
decretis
Eugenij
ad Arme-
nos.
b c. ad ab-
olendam
de hæret.

horum septem non esse verè, & propriè Sacramentum: anathema sit.

CANON. II.

Si quis dixerit, ea ipsa noue legis Sacramenta, à Sacramentis antiquae legis non differre, nisi quia ceremoniae sunt aliae, & alij ritus externi: anathema sit.

CANON. III.

a c. nihil, de conf. dist. 2. cū sim. Si quis dixerit, a haec septem Sacramenta esse inter se paria, vt nulla ratione aliud sit alio dignius: anathema sit.

CANON. IV.

b supra Sess. 6. de iustifi. c. 7. & c. 5. Si quis dixerit, Sacramenta noue legis non esse ad salutē necessaria, sed superflua; & sine eis, aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiā b iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint: anathema sit.

CANON. V.

Si quis dixerit, haec Sacramenta propter solam fidem nutriendam instituta fuisse: anathema sit.

CANON VI.

c Conc. Florē. sub Eugen. 4. vers. hoc docet eccles. Si quis dixerit, c Sacramenta noue legis non continere gratiam, quam significant, aut gratiam ipsam non ponentibus obicem non conferre, quasi signa tantū externa sint, acceptae per fidem gratiae, vel iustitiae, & notae quaedam Christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus: anathema sit.

CA.

CANON VII.

Si quis dixerit, non dari gratiam per huiusmodi Sacramenta semper, & omnibus, quantum est ex parte Dei, etiamsi ritè ea suscipiant, sed aliquando, & aliquibus: anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit, per ipsa nouæ legis Sacramenta ex opere operato non conferrî gratiam, sed solam fidem diuine promissionis ad gratiam consequendam sufficere: anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, b in tribus Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc est signum quoddam spirituale, & indelebile, unde ea iterari non possunt: anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, & Christianos omnes in verbo & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem: anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, d in ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi, quod facit Ecclesia: anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, e ministrum, in peccato mortali existentem, modo omnia essentialia, que ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, seruauerit, non conficere,

b sess. 23.
can. 4. ex
decretis
Eugenij
in Conc.
Florent.
c vide Cō-
cil. Car-
thag. 4. c.
98. & in
Concilio
Constant.
art. 13. Io-
an. VVi-
clef. infr.
Sess. 14.
de poen.
c. 6.
d Concil.
Floren. in
decretis
Eugenij.
e Idē er-
ror dam-
natur in
VViclef.
a Concil.
Constant.
sess. 8. c.
multæ,
c. remis-
sionem, c.
Christus,
cum plu.
seq. i. q. i.
c. vlt. 15.
q. vlt.

aut conferre Sacramentum: anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, receptos & approbatos Ecclesie Catholice ritus, in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consuetos, aut contemni, aut sine peccato à ministris pro libito omitti, aut in novos alios per quęcunq; ecclesiarum Pastorem mutari posse: anathema sit.

DE BAPTISMO.

CANON I.

Si quis dixerit, a baptismum Ioannis habuisse eandem vim cum baptismo Christi: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, b aquam veram & naturalem non esse de necessitate baptismi, atq; idē verba illa Domini nostri Iesu Christi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, ad metaphoram aliquā detorserit: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit c in Ecclesia Romana, que omnium Ecclesiarum mater est, & magistra, non esse veram de Baptismi Sacramento doctrinam anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, d Baptismum, qui etiam datur ab hereticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, cum intentione faciendi, quod

a An. Enchiridij. c. 49. c. aliud. & c. non regenerabantur, de consec. dist. 4. b c. pœn. de bapt. Ioan. 3. c. filius, & c. non dubito, de cons. dist. 4. c c non decet, 12. dist. c. ad abolendam de hæret. d Concil. Florent. in decretis Eugenij. c. dictum. f. quod vero cum 2. can. seq. 1. q. 1.

facit

facit Ecclesia, non esse verum Baptismum: anathema sit.

CANON. V.

Si quis dixerit, a Baptismum liberum esse, hoc est, non necessarium ad salutem: anathema sit.

a Ioan. 3.
c. nulla
præter de
cōf. dist. 4.

CANON VI.

Si quis dixerit, baptizatum non posse, etiam si velit, gratiam amittere, quantumcumque peccet, nisi nolit credere: anathema sit.

CANON. VII.

Si quis dixerit, b baptizatos per baptismum ipsum solius tantum fidei debitores fieri, non autem vniuersæ legis Christi seruandæ: anathema sit.

b Sic ad
Gal. 3. di-
cit Paul.
Testifica-
tor omni
homini,
&c.

CANON. VIII.

Si quis dixerit, baptizatos liberos esse ab omnib. sanctæ Ecclesiæ præceptis, quæ vel scripta, vel tradita sunt, ita vt ea obseruare non teneantur, nisi se sua sponte illis summittere voluerint: anathema sit.

CANON. IX.

Si quis dixerit, ita reuocandos esse homines ad Baptismi suscepti memoriã, vt vota omnia, quæ post Baptismum fiunt vi promissionis, in Baptismo ipso iam factæ, irrita esse intelligant, quasi per ea, & fidei, quam professi sunt detrahatur; & ipsi Baptismo: anathema sit.

CANON. X.

Si quis dixerit, peccata omnia, quæ post

D

Bapti-

Baptismum fiat, sola recordatione, & fide suscepti Baptismi vel demitti, vel venialia fieri: anathema sit.

CANON XI.

Si quis dixerit, verum & ritè collatum Baptismum iterandum esse illi, qui apud infidelitatem Christi negauerit, cum ad poenitentiam conuertitur: anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit, neminem esse baptizandum nisi ea etate, qua Christus baptizatus est, vel in ipso mortis articulo: anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit, paruulos, eò quòd actū credendi non habent suscepto Baptismo a infidelibus computandos non esse, ac propterea, cum ad annos discretionis peruenerint, esse rebaptizandos; aut præstare omitti eorum baptismum, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesie: anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit, huiusmodi paruulos baptizatos, cū adoleuerint, interrogandos esse, an nomen habere velint, quod patrini, eorū nomen dum baptizarentur, polliciti sunt, & ubi se nomen responderint, suo esse arbitrio relinquendum, nec alia interim pœna ad Christianam vitam cogendos, nisi ut ab Eucharistia, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant: anathema sit.

a Aug. li.
1. de pec.
mer. &
remiss. c.
9. & lib.
3. c. 2.

DE CONFIRMA-
tione.

CANON I.

Si quis dixerit, a Confirmationem baptizatorum otiosam cerimoniam esse, & non potius verum, & proprium Sacramentum; aut olim nihil aliud fuisse, quàm catechesim quãdam, qui adolescentie proximi fidei sue rationem coram Ecclesia exponebant: anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit, b iniurios esse Spiritui sancto eos, qui sacro Confirmationis chrismati virtutem aliquam tribuunt: anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit, c sancte Confirmationis ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemuis simplicem sacerdotem: anathema sit.

Decretum de reformatione.

Eadem sacrosancta Synodus, d eisdem presidentibus & Legatis, inceptum residentie, & reformationis negotium ad Dei laudẽ, & Christiane religionis incrementum profectum intendens, ut sequitur, statuendum censuit, e salva semper in omnibus Sedis Apostolicæ auctoritate.

a c. nulli ministro-
ũ de cõf.
dist. 4.

b Vide finẽ
epist.

Vrbani,

ad oēs & c.

c. i. cum

seq. de

conf. dist.

4. c. man^o

de conf.

dist. 5.

Cõc. Flo-

rent. loc.

cit.

Vide Eu-

feb. Pap. i.

Epi. ad E-

pisc. Tus-

cia, Mel-

chia, de

Hisp. In-

noc. ep. i.

c. & c.

sess. 23.

cap. 4.

d sup. Sef.

6. c. 1. &

infr. Sess.

23 cap.

e inf. Sef.

vlt. de re-

for. ca. 21.

CAPVT I.

AD Cathedralium f Ecclesiarum regimen nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & etate matura, grauitate morum, litterarumque scientia, iuxta constitutionem Alexandri tertij, que incipit. g Cum in cunctis, Concilio Lateranensi promulgatam, prædium assumatur.

CAPVT II.

Nemo, quacunquẽ etiam dignitate, gradu, aut præeinentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu cathedrales Ecclesias in titulum, si commendam, aut alio quouis nomine, contra h sacrorum canonum instituta, recipere, & simul retinere præsumat: cum valdẽ felix sit ille censendus, cui vnã Ecclesiam benè ac fructuosè, & cum animarũ sibi commissarum salute regere contigerit. Qui autem plures ecclesias contra presentis decreti tenorem nunc detinent, vna, quam maluerint, retentã reliquas infra sex menses, si ad liberam Sedis Apostolicę dispositionem pertineant, aliã infra annum dimittere teneantur: alioquin Ecclesię ipse, vltimò obtenta dumtaxat excepta, eo ipso vacare censeantur.

f Sess. 22. c. 2. plus exigitur. g par. 1. c. 3. const. eius, sed li. 1. decret. tit. 6. c. 7. c. cum in cunctis de elect. Vide post finem huius libri. h c. cum cunctis, 6. c. cum verò excess. prælat. Concil. Chalced. ca. 10. c. 1. & 2. 21. q. 1. c. sanctorum 70. dif. vnio. 10. q. q. 3. c. quia in tantum, c.

adhuc & c. de mul. de præb. c. quia nonnulli. de mag. c. cum singula. de præb. in 6. Cler. gratia de rescri. c. execrab. §. qui verò in extrauag. comm. de præb. & inf. Sess. 24. c. 17. reform.

CAPVT III.

Inferiora beneficia ecclesiastica, presertim curam animarum habentia, personis dignis, & habilibus, & quæ in loco residere, ac per se ipsos curam ipsam exercere valeant, iuxta constitutionem Alexandri III. in Lateranensi, quæ incipit, a Quia nonnulli, & aliam Gregorij X. in generali Lugdunensi Concilio, quæ incipit, b Licet Canon, editam conferantur: aliter autem facta collatio, siue prouisio, omninò irritetur: & ordinarius collator pœnas constitutionis Concilij generalis, quæ incipit, *Graue nimis, se nouerit incursum.

CAPVT IV.

Quicumque de cetero plura curata, & aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, siue per viam vnionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, & titulo, contra formam sacrorum Canonum, & presertim constitutionis Innocentij III. quæ incipit, d De multa recipere, ac simul retinere, presumpserit; beneficijs ipsis iuxta ipsius constitutionis dispositionem, iure ipso, etiam presentis canonis vigore, priuatus existat.

CAPVT V.

Ordinarij locorum quoscunq; plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica obtinentes, dispensationes suas

a Parte r.

c. 13. c. q. a nonnulli de c. e. nò resid.

b c. licet canon. de elect. in

5. decret.

cap. 14. c. graue nimis de præb.

* Vide

post finem huius libri.

c infra sess. 4. de refor.

c. 7.

d Suprà c.

2. c. de multa, de

præb. est

c. 29 in

Conc. Lateran. 2.

Vide post

finem huius

libri.

exhibere districtè compellant & actus procedant iuxta constitutionem Gregorij X. in Generali Lugdunensi Concilio editam, quæ incipit, a Ordinarij: quam eadem sancta Synodus innouandâ censet, & innouat, addens insuper, quod ipsi Ordinarij etiam per idoneorum Vicariorum deputationem, & congrue portionis fructuum assignationem omninò provideant, ut animarum cura nullatenus negligatur; & beneficia ipsa debitis obsequijs minimè defraudentur: appellationibus priuilegijs, exemptionibus quibuscumque, etiam cum iudicum specialium deputatione, * & illorum inhibitionibus in præmissis nemini suffragantibus.

CAPVT VI.

Vniciones perpetue, b à quadraginta annis citra facte, eximinari ab Ordinarijs, tanquam à Sede Apostolica delegatis, possint: & quæ per subreptionem, vel obreptionem obtente fuerint, irritæ declarantur. Illæ verò, quæ dicto tempore citra concessæ nondum in toto, vel in parte sortite sunt effectum, & quæ deinceps ad cuiusuis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut alijs rationabilibus causis coram loci Ordinario vocatis, quorum intere sit verificandis, factas fuisse constiterit, per surreptionem obtente præsumantur: ac propterea, nisi aliter à Sede Apostolica daclaratum fuerit, viribus omninò careant.

a Lib. 6.
decret. de
offic. or-
dinarij, c.
3. inf. c.
17. & sup.
Sess. 6. de
refor. ca.
2. in fin.
* Vide
post finem
huius li-

bri.
b Vide
Sess. 24. c.
4. de refo
infr. c. 13.
4. de re-
for. c. 13.
& Sess. 5.
de refor.
c. 9.

CAPVT VII.

Beneficia ecclesiastica curata, & quæ cathedra-
 dralibus, collegiatis, seu alijs ecclesijs, vel
 monasterijs, beneficijs, seu collegijs, aut pijs lo-
 cis quibuscunque perpetuò vnica & annexa
 reperiuntur, ab Ordinarijs locorum annis sin-
 gulis visitentur, & qui sollicitè prouidere procurerit
 vt per idoneos Vicarios, etiã perpetuos, nisi i-
 psis Ordinarijs pro bono ecclesiarum regimine
 aliter expedire videbitur, ab eis cū tertia par-
 tis fructuũ aut maiore, vel minori, arbitrio i-
 psorũ Ordinariorum, portione, etiã super certa
 re assignanda, ibidẽ deputandos, animarũ cura
 laudabiliter exerceatur: appellationib., priui-
 legijs, exemptionibus etiam cum iudicum de-
 putatione, & illorũ inhibitionibus quibuscun-
 que in premisis minimè suffragantibus.

CAPVT VIII.

Locorum Ordinarij ecclesias quascunque c
 quomodo libet exemptas, auctoritate Apo-
 stolica, singulis annis visitare teneantur, & o-
 portunis iuris remedijs prouidere, vt, quæ re-
 paratione indigent, reparentur; & cura ani-
 marum, si qua illis immineat, alijsq; debitis
 obsequijs minimè defraudentur; appellationib.
 priuilegijs, consuetudinibus, etiam ab imme-
 morabili tempore præscriptis, iudicum depu-
 tationibus, & illorum inhibitionibus penitus
 exclusis.

a Infrã
 Sess. 14.
 de refor.
 ca. 9.

b Vide
 Sess. 25. c.
 6. Statuit
 sancta Sy-
 nodus &
 c supra
 cap. 5.

c infra
 Sess. 4.
 de refor.
 c. 9. & Sess.
 1. c. 8.

Conc.
 Tolet. 4.
 c. 25. Cõc.
 Braccatẽ.
 3. cap. 1.
 Cõc. Arel.
 cap. 17. c
 decerni-
 mus c. E-
 piscopũ
 & c. pla-
 cuit. 10.

CAPVT IX.

a Sess. 23.
c. 2. c. quo
niã qui-
dam dist.
100 & in-
fra Sess. 23.
de refor.
cap. 2.
b Sess. 23.
cap. 10. c.
cum nul-
lus de tẽ-
por. Ordi.
in 6.

AD maiores Ecclesias promoti a munus cõ-
secrationis infra tempus à iure statutum
suscipiant: & prorogationes ultra sex menses
concessæ nullæ suffragentur.

CAPVT X.

c Infra
Sess. 23.
de refor.
cap. 10.

Non liceat Capitulis ecclesiarum, b Sede
vacante, infra annum à die vacationis, or-
dinandi licentiam, aut litteras dimissorias,
seu reuerendas, ut aliqui vocant, tam ex iuri-
communis dispositione, quam etiam cuiusvis
privilegij, aut consuetudinis vigore, alicui, qui
beneficij ecclesiastici recepti siue recipiendi oc-
casionem arctatus non fuerit, concedere: si secu-
s fiat, c Capitulum contraueniens Ecclesiastico
subiaceat interdicto: & sic ordinati, si in mi-
noribus ordinibus constituti fuerint, nullo pri-
uilegio Clericali, præsertim in criminalibus,
gaudeant: in maioribus verò, ab executione
Ordinum, ad beneplacitum futuri Prælati, sine
ipso iure suspensi.

CAPVT XI.

Facultates de promouendo à quocunq; non
suffragentur, nisi habentibus legitimã cau-
sam, ob quam à proprijs Episcopis ordinari nõ
possint, in litteris exprimendam; & tunc non
ordinentur, nisi ab Episcopo in sua diœcesi re-
sidente, aut pro eo Pontificalia exercente, &
diligenti præuio examine.

CA

CAPVT XII.

Facultates de non promouendo, a præterquã
in casibus à iure expressis, concessæ, ad an-
num tantùm suffragentur.

a c. licet
canon &
c. cum ex
eo. de e.
lect. in 6.

CAPVT XIII.

Presentati, seu electi, vel nominati à qui-
busuis ecclesiasticis personis, etiam Sedis
Apostolicæ nuntijs, ad quæuis ecclesiastica be-
neficia constituantur, b nec confirmantur, neq;
admittantur, etiam prætextu cuiusuis priui-
legij, seu consuetudinis, etiam ab immemora-
bili tẽpore præscriptæ, nisi fuerint prius à loco-
rum Ordinarijs examinati, & idonei reperti.
Et nullus appellationis remedio se tueri possit,
quo minus examen subire teneatur. c Præsen-
tatis tamen, electis, seu nominatis ab vniuersi-
tatibus, seu collegijs generalium Studiorum
exceptis.

b infra
Sess. 25. c.
9. refor.

c Vide
Sess. 24. c.
18. vbi ex-
ceptio vi-
detur re-
uocari.

CAPVT XIV.

In exemptorum causis constitutio Innocen-
tij IV. quæ incipit, d Volentes, in generali
Concilio Lugdunensi edita, seruetur; quam
eadem Sacrosancta Synodus innouandam cẽ-
suit, & innouat; addẽdo insuper, quod in eiui-
libus causis mercedũ, & miserabilium perso-
narum clerici seculares, aut regulares, extra
monasterium degentes, quomodolibet exẽpti,
etiamsi certum iudicẽ, à Sede Apostolica de-
putatum, in partibus habeant; in alijs verò, si

d Lib. 6. l.
decret. de
priui. c. 1.
Vide post
finem hu-
ius libri.
infr. Sess.
14. de ro-
for. de re-
for. c. 6. in
fin.

ipsi iudicem non habuerint, coram locorum Ordinarijs, tanquam in hoc ab ipsa Sede delegatis, conueniri, & iure medio ad soluendum debitum cogi, & compelli possint: priuilegijs, exemptionibus, Conseruatorũ deputationibus, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valituris.

CAPVT XV.

a Sess. 25.
ca. 8.

CVrent Ordinarij, a vt hospitalia quæcumque à suis administratoribus, quocumq; illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis fideliter & diligenter gubernentur, Constitutionis Concilij Viënnensis, quæ incipit, **b** quia cõtingit, forma seruata: quam quidem constitutionem eadem sancta Synodus inuandam duxit, & inuouat, cum derogationibus in ea contentis.

b Lib. 3.
Cem. de
religiosis
domibus
c. 2 quia
cõtingit.
& infra
Sess. vlt.
de refor.
cap. 8.

Vide post
finem hu-
ius libri.

Indictio futuræ Sessionis.

Item hæc sacrosancta Synodus statuit, & decernit, proximam futuram Sessionem habendam, & celebrandam esse die Iouis, feria quinta post sequentem Dominicam in Albis, quæ erit vigesima prima mensis Aprilis, præsentis anni M. D.

XLVII.

BVL

BVLLA FACVLTATIS
TRANSFERENDI
Concilij.

PAulus Episcopus, seruus seruorum Dei,
venerabili fratri, Ioanni Mariae, Episcopo
Prænestino, & dilectis filijs, Mar-
cello tit. S. Crucis in Hierusalem presbytero, ac
Reginaldo S. Marie in Cosmedin Diacono,
Cardinalibus nostris, & Apostolicæ Sedis Le-
gatis de latere, salutem, & Apostolicam be-
nedictionem.

Regimini vniuersalis Ecclesiæ, meritis licet
imparibus, disponēte Domino, presidentes no-
stri officij partes esse putamus, vt si quid gra-
uius causa Reipublicæ Christianæ constiuen-
dum sit, id non modo tēpore opportuno, verū
etiam loco commodo, & idoneo perficiatur. Cū
itaque nos nuper, postquam suspensionem cele-
brationis sacri œcumenici & vniuersalis Con-
cilij, alias per nos in ciuitate Tridentina, ex
causis tunc expressis, de venerabilium fratrum
nostrorum, S. R. E. Cardinalium consilio & af-
fensu indicti, ex certis alijs etiam tūc expressis
causis, vsque ad aliud oportunius, & commo-
dius tempus per nos declarādum, de simili cō-
silio, & assensu factam, audita pace inter ca-
rissimos in Christo filios nostros, Carolum Rō.
Imperatorem semper Augustū, & Frānciscum

Francorum Regem Christianissimum, concilia-
 ta, pari consilio & assensu, sustuleramus, &
 amoueramus: neque ūtes ipsi, tūc legitimè im-
 pediti, ad dictam ciuitatem personaliter acce-
 dere, & eidē Concilio interesse, vos nostros, &
 Apostolice Sedis Legatos de latere, in eodem
 Concilio de simili consilio cōstituerimus, et de-
 putauerimus, vosq; ad eandem ciuitatem, tā-
 quam pacis angelos, destinauerimus, prout in
 diuersis nostris de super confectis litteris, ple-
 niūs continetur. Nos, ne tam sanctum celebra-
 tionis Concilij huiusmodi opus ex incōmoditate
 loci, aut aliās quouis modo impediatur, aut
 plus debito differatur, opportunè prouidere vo-
 lētes, Motu proprio, & ex certa sciētia, ac de
 Apostolice potestatis plenitudine, pariq; cōsi-
 lio & assensu, vobis insimul, aut duob. ex vo-
 bis, reliquo legitimo impedimēto detento, seu
 inde fortè absēte, quādocūq; vobis videbitur,
 Concilium predictū de eadem ciuitate Triden-
 tina ad quācumq; aliam cōmodiorem, & op-
 portuniorem, seu tutiorem ciuitatem, de qua
 vobis ēt videbitur, transferendi & mutandi,
 ac illud in ipsa ciuitate Tridentina supprimē-
 di, & dissoluendi; nec non Prælati, & alijs
 personis Concilij huiusmodi, ne in eo ad vltimo-
 ra in dicta ciuitate Tridentina procedant; etiā
 sub censuris, & pœnis Ecclesiasticis inhibendi,
 ac idem Concilium in alia ciuitate huiusmodi
 ad quam illud trāsferri, & mutari contigerit,

continuandi, tenendi, & celebrandi, & ad il-
 lud Prælatos, & alias personas Concilij Tridē-
 tini huiusmodi etiam sub periurij, & alijs in
 litteris indictmentis Cōcilij huiusmodi expressis
 pœnis, euocandi, eidemq; sic translato & mu-
 tato Concilio, nomine & auctoritate prædictis
 præsidendi, ac in eo procedendi, cæteraque in
 præmissis, & circa ea necessaria & opportuna,
 alias iuxta priorū vobis directarum litterarū
 cōtinentiā, & tenorem, faciendi, statuēdi, or-
 dinandi, & exequendi, plenam & liberam A-
 postolica auctoritate tenore præsentium cōce-
 dimus potestatem, & facultatem, ratū & gra-
 tū habituri, quidquid per vos in præmissis fa-
 ctum, statutum, ordinatū, executum ve fuerit,
 idque facturi, auctore Domino inuiolabiliter
 obseruari: Non obstantib. constitutionibus, &
 ordinationibus Apostolicis, ceterisq; cōtrarijs
 quibuscumque. Nulli ergò omnino hominū li-
 ceat hanc paginam nostræ concessionis infringē-
 gere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis
 autem hoc attentare præsumpserit, indignatio-
 nem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
 Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursturū
 Datum Romæ, apud S. Petrum, anno Incarnati-
 onis Dominicæ, M. D. XLIV. 8. Kal. Mart.
 Pontificatus nostri anno II.

Fab. Episcopus Spol.
 B. Motta.

D 7

SE-